



Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten

...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere
Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen
Verhältnisse]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1848

MDCCCXXXII. Päpstliche Ermahnung für den Markgrafen Albrecht, von der
Verbindung mit dem Könige Georg von Böhmen abzulassen, vom 6.
August 1465.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56633](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56633)

quitancien darnach schicken, sunder Intrag, arge vnd geuerde: vnd haben folche widerkarung In obgeschribener malz von gunst vnd gnaden wegen vmb bete willen der von lubick, In vnd ouch dem kawffman dar selbst zu sunderlichem willen vnd begehlichkeyt vofuget, vnd zu geschenn, geschafft, wie wol wir des mit den vnfern, den die sache mit belanget, nichts pflichtig weren, sunder mochten solch gelt mit redlichkeyt vnd rechten, so als es dar mit gewant war, wol haben behalden, so sol doch solch widerkarung, die den so ytzund von gunst, gnaden vnd willen vnd von keiner gerechticheit zuget vnd geschit, vns vnd vnser herchaft, ab her nochmals des gleichen In vnfern landen vnd gebiten geschee, an vnser gerechticheit ane schaden sein vnd wesen. Vnd des zu warey vrkund vnd merer sicherhey haben wir vnser Insigel an diesen brieff lasen hengen, der gegeben ist zu tangermund, am donerstag des achten tags des heyligen lichnamstag, nach gots geburt tausent virhundert vnd darnach Im sunffvndsechzigsten Jaren.

Nach dem Kurmärktischen Lehn-Copialbuche des K. Geh. Kab.-Archivs XXII, 254.

MDCCCXXXII. Päpstliche Ermahnung für den Markgrafen Albrecht, von der Verbindung mit dem Könige Georg von Böhmen abzulassen, vom 6. August 1465.

Paulus Episcopus, seruus seruorum dei, Nobili viro dilecto filio Alberto Marchioni Brandenburgensi salutem etc. Nobilitatis tue litteras accepimus, quibus significas affinitatem inter te et Georgium de Pogibrath, qui se vocat Bohemie regem adeo firmatam, ut saluo honore tuo dissolui non possit et si illam non seruares aliis honori tuo detrahendi daretur occasio, petis preterea illam consumendam tibi per nos licentiam indulgeri. Considerauimus diligenter causas in litteris tuis expressas, audiuimus etiam que per venerabilem fratrem nostrum Joannem Portuensem et dilectum filium nostrum frauseiscum Sancte Marie noue dyaconum cardinalem circa premissa tuo nomine nobis relata sunt. Verum ex hiis omnibus colligere non possumus, ex dissolutione affinitatis huiusmodi honorem tuum aliquatenus ledi; quinymmo intelligimus, si illam quod absit forte seruaueris, honori tuo non mediocriter derogari teque perpetue infamie subiacere. Credimus enim excellentiam tuam tum ex fama publica, tum ex aliis litteris nostris iam dudum nouisse, qualiter in publico regni Bohemie conuentu palam se hereticum professus fuerit, quodque ob hoc felicis recordationis Pius secundus, predecessor noster, post multas expectationes et monita, Georgium in sua perfidia durare cognoscens, tandem contra illum veluti hereticum processus instituit, Et quod nos ejusdem predecessoris nostri uestigia secuti, cum post varias dilaciones Georgius in errore persistens duraret, furaret nec vlla sue conuersionis spes restaret, eciam contra illum veluti in heresim relapsum et aliis grauibus irretitum criminibus terminandum commisimus, vt qui dicti predecessoris scilicet et nostra monita tocies requisitus et iam diu expectatus omnino contempserat, cum veluti dyaboli membrum et ab ecclesia precifum Regno Bohemie et omni

dignitate et dominio priuatum apostolice sedis censura decerneretur, Regnum quoque illud alteri committeretur, qui illud in vnione catholice Ecclesie ac iusticie et pacis tranquillitate gubernaret, quodque et nos etiam ut ceteris Germanie principibus ita tue quoque nobilitati dillicte mandauimus, ne interim cum ipso heretico foedera et pacta quelibet inirent et si que tunc fortasse contracta fuissent, apostolica auctoritate dissoluimus teque et principes eosdem ad illorum obseruationem volumus non teneri. Quid autem tue nobilitati tam contrarium tuoque preclaro nomine tam indignum, quam ut tu cristianus et religiosus princeps, ex catholicis principibus et eis nobilissimis quidem et sacri Romani Imperii Electoribus ortus, filiam tuam heretico tradas? Quid tam a parentum tuorum votis alienum, quam cum eo affinitatem contrahere, qui se palam hereticum perfitetur et ab ecclesia dei precipisus est? Gausi fuere parentes de nato firmiter sperantes satisfacturum te votis suis claramque eis prolem daturum, qui nomen eorum ac familiam cum honore propagaret. Qui si intellexissent domus sue preclaram nobilitatem te illa heresi foedaturum, pro qua exstirpanda grauissimos labores et dampna subierunt, et nec propriis pepercere corporibus, maluissent nimirum te in cunis extinctum, quam ad hec tempora reseruatam. Nullus hactenus pro tutanda catholica religione et huffitarum heresi delenda tantum laborauit, quantum genitor tuus et clare memorie Vrsule maternus auus, qui ut perniciosam hanc sectam cristianorum a sinibus expellerent propria capita mortis frequenter obiecere periculis, pro quo magnum et memoriale inter cristianos principes nomen, maximam in hoc seculo gloriam et amplissimas dignitates consecuti sunt et nunc magna a deo nostro premia percipiunt. Quod si tu modo filiam tuam Georgii filio in conjugem des, quid aliud facere videris, quam Bohemicam sectam approbare, patrum tuorum fidem negare et paternos reprobare labores. Magna hec infidelitas est et maximum omnium crimen, diuinam maiestatem grauissime offendes, que huius criminis reos grauioribus semper affligere penis consueuit. Qua propter non immerito tibi formidandum est, si quod absit tam ignominiosam affinitatem contraxeris, ne Dominus et saluator noster Jhesus cristus in die tremendi iudicii sui, te glorie sue extorrem faciat et quem cum hereticis et scismaticis federatum inuenerit inter hereticos quoque et scismaticos cum dyabolo et angelis eius eterni ignis participandos incendio constituat et cum illis simul dampnet. Ausculta et diligenter attende, qui facta cum Georgio federa allegas et violare formidas, quid sentiant sancti patres et ecclesie doctores: in male promissis rescinde fidem, in turpi voto muta decretum, Isidorus ait; ne nubat femina nisi sue religionis viro inquit Augustinus et Ambrosius dicit: Caue ne hereticam et omnem alienam a fide tua uxorem accerfias: quod sicut de vxore dicitur de marito quoque intelligi haud dubium consequens est. Nos itaque qui diuine vocis oraculo constringimur, iter rectum omnes docere et errantes in viam domini a deuo tramite reuocare, Nobilitatem tuam dillicte monemus atque requirimus tibi que sub anathematis interminatione et obestatione diuini iudicii precipimus et mandamus, ut tu veluti catholicus princeps deum pre oculis habens et saluti tue pariter et honori consulens, a tam perniciofa et indigna affinitate omnino desistas, ab omni denique dicti heretici commercio et familiaritate abstineas, nec Vrsulam tuam heretici filio ullatenus tradas neque cum eo sedus in eas, sed preclari nominis tui memor nobilissimam filiam tuam, quam virtute et gloria plurimum illustrasti, sicut

hactenus tui pregenitores, ita nunc tu quoque, a tam insigni labe custodias et illorum vestigia sequens virtutes et fortia imitare facta et superare contendens ad delendam huffitarum heresin fortiter assurgas et apostolicorum processuum contra dictum Georgium te intrepidum exekutorem ostendas, in quo rem facies omnipotenti deo nostro inprimis, gratam nobis et apostolice sedi plurimum acceptam tueque nobilitati et preclaro nomini dignam. Pro quo etiam vltimum premium, quod a deo maximum exspectare debes, magnam in hoc seculo gloriam et indelebile nomen consequeris et pariter nos et apostolicam sedem in hiis, que honorem et commodum tuum concernunt tibi fauorabilem reddas et promptiorem inuenias. Dat. Rome apud sanctum Petrum, anno incarnationis dominice millesimo quadringentesimo sexagesimo quinto, octauo idus Augusti, pontificatus nostri anno primo.

Nach einem Copialbuche der Paulinischen Bibliothek zu Leipzig.

MDCCCXXXIII. Mainzer Einigung und Bündniß zwischen Brandenburg, Mainz und Würtemberg, vom 10. Aug. 1465.

Von gottes gnaden Wir Adolff, des heiligen stuls zu Menntz, Erwelter vnd bestetigter, des heyligen Romischen Reichs durch Germanien Ertzcantzler vnd kurfurste, Albrecht, Marggraue zu Brandenburg vnd Burggraue zu Nurnberg, Vlrich, Eberhart der Junger vnd heinrich, des gnanten vnser heren von Menntz Coadiutor, alle drey Grauen zu Wirtemberg, Bekennen offentlich mit dem briue. Nachdem ettlich vnser vorfarn vnd Elltern loblicher gedechtnus vnd wir Langetzeit in fruntlicher eynung vnd verstantus mit eyn herkommen vnd gewesen sein, Wann wir aber als glider des heiligen Reichs an vnsern landen vnd leuten gebietten vnd vndertanen, Slossen, Steten, oberkeithen vnd gerechtiggkayten swerlich wider alle billichkeit auch heftliche vnd keyserliche verbietung genohdet, gekriegt, beswert, bedrangt vnd verderbet sein vnd teglich werden, dem heiligen Reich zu smehe, zu abbruch vnsern kurfürsten Furstenthumen vnd herscheften, vnsern landen, leuten vnd vndertanen zu mercklichem vnd vnverwintlichem schaden, das vns dann nicht wenig beswert vnd zu hertzen geet, als das billich ist. Vnd darumb das wir solchem vnbillichen furnemen destbas widerstant thun, vnser land vnd leut bey jrem alten herkomen vnd gerechtiggkayten hanthaben, behalten vnd beschutzen mogen; So haben wir vnns got dem almechtigen zu lobe dem heiligen Romischen Reich zu Eren, zu trost vnd hilff vnsern landen vnd leuten, miteinander in besundern getrawen vnd glauben zusammen gethan, verpflichtet, vertragen, vereyniget vnd verbunden, Vertragen, vereynen, verpflichten vnd verbinden vnns auch in crafft ditz brifs, vnser lebtäg gantz aus, bey gelwornem eyde stet vest vnd vnuerbrochenlich zuhalten, Also das wir Fursten vnd Heren in dieser eynung vnd verbuntus begriffen Alle vnd iglicher besunder sollen vnd wollen einer den andern mit guten steten waren tréwen besunder freunt-